



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||**

**Grégoire, Pierre**

**[Frankfurt], 1595**

**VD16 G 2996**

27 De præbendis seu beneficiis ecclesiasticis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

ex bonis paternis vel aliorum successione, aut artificio proprio, vel donatione aliorum, adepti sunt non habito respectu ad Ecclesiam suam, possint libere disponere: de illis autem, quæ ex Ecclesia vel occasione Ecclesiæ possessæ ab aliis percepturunt, non possint libere testari. Sed Ecclesiæ teneantur relinquere. **a** Quare nec canonicus habens præbendam distinctam in Ecclesia, cum talis dicatur habere administrationem, non poterit etiam iure testari de fructibus perceptis ex illa præbenda, **b** poterit tamen, dum vivit, intuitu elemosynæ de his donare. **c** Posset & quis tantum de bonis Ecclesiæ legare, quantum ei contulerit. **d** Est & alius effectus peculii, ut conveniat eos Ecclesiæ bonis sustentari, quibus non sunt propria bona, alias non: quibus propria & parentum sufficient. Nam ii, si bona Ecclesiæ accipiunt, iudicium sibi manducant, & bibunt, & sacrilegium committunt. **e**

**A** collato. dist. 1. c. quia nos, & c. relatum, de Test. quia hæc dantur principaliter, non ratione Ecclesiæ, sed ratione servitii personalis, id ipsum dicitur de his quæ lucratur presbyter pro missis dicendis, quæ pro servitio personali videatur acquisivisse. Panor. ad c. cum in officiis, de Testamen. Contrarium in rectore etiam Ecclesiæ seu curatione, qui nec reditus, nec oblationes, nec vota prætextu Ecclesiæ facit sua propria, sed omnia cedunt in utilitatem Ecclesiæ secundum Panor. ad c. inquirendum de peculo cleric.

**c** ad hoc, de Testamentis.

**d** ca. si quis qualibet, 1. 2. q. 2. si episcopus, 1. 2. quest. 5.

**e** sunt verba divi Hieronymi in c. 5. prioris epistole ad Timotheum, relata in ca. clericos autem, 6. 1. q. 2. Iunge ca. pastor Ecclesiæ. 7. & ca. si quis propter hoc eadem 1. q. 2. & can. illi qui, 1. 2. q. 1.

## S C H O L I A.

**a** c. 1. c. quia nos, 9. c. relatum, 2. §. ceterum, c. requisisti, 1. 5. §. illud, de testamen. ca. 1. & 2. 1. 2. q. 1. c. 1. & 3. de pecul. cleric. c. 1. de success. ab intesta. authent. licentiam, & l. Sacrosanctæ, de episco. & cleric. novella 131. cap. 17.

**b** dicto c. relatum, 1. 2. de Testam. Innoc. in c. D nonum genus, de decimis, vide Chassanenum ad §. 5. ad verba, & au regard des biens meubles, num. 29. des successions des bastards, in consuetudinib. Burgund. Dico porro, ipso iure non posse testari, ut excludam consuetudinem, de qua in glos. ad c. si. de offi. ordina. in Sex. Infertur autem, quod si canonicus habeat distributiones quotidianas, tantum quæ dantur pro stipendio personali pro singulis horis, quod de illius quaestis potest testari, tanquam de quaestis pro labore diurno, ut in c. 1. de cleric. non resident. in Sex. sicut & mercenarius potest disponere de his, quæ illi data sunt pro stipendio & labore in Ecclesiam

DE PRÆBENDIS SEV  
BENEFICIIS ECCLESIASTICIS.

## a T I T. XXVII.

**a** Agitur de beneficiis titulo de Præbendis lib. 3. Decret. tit. 5. & in Sexto Decret. lib. 3. tit. 4. & lib. 2. Clem. tit. 2. & in Extrava. eo pertinet titulus ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur lib. 3. tit. 12. in Decretalibus Gregorii novella Iustina. 3. ut determinatus sit numerus clericorum sanctissimæ maioris Ecclesiæ, & cæterarum Ecclesiarum Constantinopolitanarum. De mensura ordinandorum clericorum Novella. 16.

## C A P V T I.

1 Continuatio.

2 Quidue beneficium Ecclesiasticum.

**B**eneficium Ecclesiasticum, **a** ex cultu divino & bonis temporalibus constat, **b** inter iura & res Ecclesiæ annumeratur. **c** Et hoc etiam vocatur, sacerdotium, **d** Ecclesiæ & sanctuarium. **f**

Definitio eius erit, beneficium Ecclesiasticum,

fiasticum, est distincta, & spiritali muneri A h  
coniuncta, h iurium Ecclesiasticarum por-  
tio, certis & dibus sacris: in hoc assignata,  
vt perpetuo, & per clericos, l ad vitam v-  
tenda, clerico legitime m conferatur.

## S C H O L I A.

- a Beneficii nomen, hic ad Ecclesiasticum re-  
stringitur, quod alioquin latius patet &  
pertinet ad profana, qua liberali largitione  
quapiam aliquibus conferunt, vt in l. si. de B  
constitutioni. princ. P. generaliter enim  
beneficium ex Seneca desinitur, in §. 1. in  
quib. caus. feudum amittat. in vltibus  
feudor. vt sit, beneuola concessio, tribu-  
ens gaudium capientibus, capiensque tri-  
buendo in id, quod facit prona voluntate,  
& sponte parata. facit cap. 1. de donat. De  
beneficiis seu Sacerdotis tractarunt ex  
professo Ioannes de Selua, Eginarius Baro.  
Ioannes Corasius, & Franciscus Quare- C  
nus. lib. de San. ministeriis Ecclesia.
- b ca. si quis obiecerit 1. q. 3. ca. nemo, de Con-  
sec. dist. 1.
- c in beneficium dicitur in c. 1. de regul. iur.  
in Sext. cap. cum in cunctis, §. 3. de Ele-  
ctio.
- d c. penul. ne prala. vices suas. c. 1. de Conces-  
sio Prabend. Sic & legitur inter Ethnicos  
fuisse templis & sacerdotibus & cultui di-  
uino illorum assignatos certos redditus, qua D  
sacerdotia quoque dicta, vt apud Lium  
li. 9. & meminit l. 1. ad legem Iul. de Am-  
bit. P. l. viricus, 6. de dona. inter vir. &  
uxor. P. cum siml. Frequentius tamen in  
iure pontificio sacerdotium pro ordine pres-  
byteratus sine redditibus, vt in c. translato,  
de Constitut. c. nemo, de Elect. in Sex.
- e c. fin. ne prala. vices suas, & c. iii. de concess.  
prab. vel Ecclesia non vacantis.
- f c. consult. de iure patronatui.
- g nisi vnum distinctio fiat in prabendis, & a-  
liis beneficiis, nomen beneficii Ecclesiasti-  
ci non obtinent. c. ex parte Agastensis, de  
concess. praben. quomodo autem fuerint  
distincta beneficii partes, vide in cap. 1.  
13. q. 1.

- Duo sunt, ex quibus constat beneficium,  
nempe officium diuinum, & prouentus, vt  
homo anima & corpore. ca. si quis obiece-  
rit, 1. q. 3. & propter officium dicitur bene-  
ficiu c. fin. de rescrip. in Sex. vt priuari  
mereatur beneficio, qui diuinum non exse-  
quitur officium, c. pastoralis, de appellat.  
ca. eos, & ca. si quis sacerdotibus 81. dist. ca.  
eos qui post diaconatum, 23. dist. cum si-  
milib. & proinde omnis nundinatio seu  
pactio repellitur a legitima possessione be-  
nificiorum, eo quod beneficia contineant  
munus spiritale, in quo committatur Si-  
monia, dicto ca. si quis obiecerit, 1. q. 3. &  
per c. fin. de pact. & toto titulo de Simonia.  
Hinc quoque fit, vt canonicatus diu non  
possit esse sine prabenda, seu sine fructibus.  
Ex quo enim tempore quis facit officium,  
non debet carere beneficio. c. relatum, c. di-  
lectus, de praben. c. cum super questione,  
de concessio. praben. Alioquin simpliciter  
canonicus creatus ad effectum obtinendi  
gratiam prabendae, donec fuerit prabendam  
consecutus, non dicitur beneficiatus, Rota  
Decis. 445. de prabend. in nouis. Staphila-  
us in prima forma gratiarum expectati-  
uarum. Panor. ad c. cum Martinus, de  
constitutio.
- i ca. Ecclesias, 13. q. 1. ca. nemo, de Consecr.  
dist. 1. Quare beneficium requirit assidui-  
tatem beneficiati, seu residentiam, vt in ea  
Ecclesia, in qua inuitatus est, inseruiat  
officio diuino, c. quia nonnulli, c. ex parte, c.  
conquerente de cler. non residentib. ca.  
sanctorum, 70. dist. cum siml. etiam si ma-  
gnum sit beneficium veluti si cardinalatus,  
c. 2. de cler. non residentib. vel exiguum, seu  
modicum, c. ad hoc, de prab. c. quia nonnulli,  
& c. quia in tantum, de cler. non residenti.
- k Verbum hic perpetuo intelligitur, id est  
quandiu vixerit is, cui confertur beneficiu  
ficiu & perpetuum explicatur in l. 1. pro So-  
cio, P. Quocirca, nec beneficia possunt con-  
ferri in titulu ad tempus, neq. qui iusto possi-  
det, cogi possit ea quoad uixerit iurare,  
vel cedere, c. vnic. de capel. monac. in Sex.

ca. satis peruersum, § 6. dist. ca. praterea, A  
 55. dist. quaquam is fiat inhabilis ad officium ex causa aegritudinis, vel ex alio casu superveniente sine culpa sua. non enim id eo exuetur suo beneficio, sed aliquando recipiet coadiutorem, c. si. de cleri. egrot. ca. scripsit, ca. quamvis triste, 7. q. 1. quia nec matrimonium ad tempus contrahi potest, c. si. de conditio. appositis. a quo ad matrimonium spiritale, receptum est argumentum. in ca. sicut vir, 7. q. 1. ca. sicut 21. q. 2. c. 2. de translat. episc. verbum etiam, vtenda, in finitione ad electum, indicat, ad vitam beneficium concedi. nam morte vsuarii & usufructuarii extingitur usus & usufructus. l. 1. quib. mo. usufruct. amittat. c. finitur. de usufruct. Quod autem beneficiati, sint beneficiorum vsuarii vel ad summum usufructuarii, iam diximus proximo superioriori titulo, de peculio clericorum.

l Non possunt beneficia Ecclesiastica iure communi, aliis quam clericis dari, ideo non conceduntur laicis, c. 2. de instit. c. cum adeo, de rescrip. c. ex literis, de translat. Ex dispensatione tamen summi Pontificis, posset laicus beneficium habere, vt dicunt Innocentius & Panor. ad c. quanto, de Consuet. glossa in ca. bene quidem, 96. dist. Ioannes de Seluatracta. de benefici. parte. 1. q. 7. num. 8. Quo casu opinor tamen non posse laicos ea, qua clericorum sunt usurpare officia, sed tantum fructus percipere, & curare debere per alios clericos officia divina debita beneficio exsequi, vt dicimus quando dispensatur cum non idoneo ad beneficium, in c. licet canon, & c. commissa, de Electio. in Sex. c. 2. de ata. & qualita.

m legitime, id est canonice, iuxta prescripta iuris canonici, c. 1. de regul. iur. in Sext. non simoniace, sed pure, simpliciter, sine conditione, pactione, aut commodo temporali accepto, vel dato, loco eius, can. si quis dator, 1. q. 3. c. ex parte, in 1. de offic. delega. c. consulere, de Simon. cum similib.

## CAPVT II.

## I Divisiones beneficiorum.

- 2 Et subdivisiones.
- 3 Et superdivisiones.
- 4 Et sequentibus.

**B**eneficiorum Ecclesiasticorum, alia dicuntur proprie beneficia, alia improprie. Beneficia proprie, dicuntur ea, quæ signa seu qualitates habent, quæ ponuntur in finitione beneficii: contra improprie beneficia, ea quæ non habent. a

Beneficia proprie rursus, subdividuntur primo loco, in maiora & minora. Maiora ea, quæ maioris sunt dignitatis, vel quæ pluribus abundant. Minora, quæ relatione facta ad alia maiora, eis sunt inferiora, vel ratione dignitatis, vel ratione reddituum. b Secundo beneficiorum alia habent curam animarum sibi annexam, alia non habent. c Cura autem animarum dicitur adhærere beneficio, dupliciter. Primum, quando beneficii præfectus tenetur certis personis nempe parochianis præbere sacramenta Ecclesiastica, proponere verbum Dei seu prædicare, & confessiones audire. d Dehinc cum cura dicuntur beneficia, intuitu certæ iurisdictionis contentiosæ, quæ illis adhæret. e Non curata vel sine cura, dicuntur ea, quibus illa non adhærent, simplicia dicta, horis canonicis dicendis tantum obnoxia. f

Tertio, beneficiorum alia sunt regularia, alia secularia. Regularia sunt, quæ per personas regulares solita sunt regi & teneri, & quæ non nisi regulam aliquam, certamue ordinis, professis, vel ex fundatione vel ex consuetudine conferri debent in titulum. Contra secularia, quæ per clericos seculares solita sunt teneri, & quæ non nisi secularibus, vel ex fundatione, vel ex præscripta consuetudine conferri debent. g Et ex his tertius beneficiorum modus mixtus efficitur, commendæ nomine. Commendata autem hic vocamus beneficia, quæ a Summo pontifice dantur secularibus cum regularia sunt: aut cum secularia, dantur regularibus in perpetuum possidenda. h

Quarto

4 Quarto † beneficia secundum distinctionem Pragmaticæ sanctionis & concordatorum Gallicorum, dicuntur Quædam villæ muratæ, scilicet oppidorum muris cinctorum, quæ requirunt sibi præponi præfectos seu clericos saltem graduatos in aliquo iurium: Alia sunt non villæ muratæ, quæ & aliis clericis non graduatibus, alioquin tamen idoneis, conferri possunt. *i*

5 Quinto, † beneficiorum alia collegiata Ecclesiæ, seu collegialia, alia simplicia, non collegialia. *k* Collegiata Ecclesia est, in qua tres vel plures clerici ita ordinantur cum auctoritate superioris, ut corpus unum faciant, vel collegium, cum vno sigillo & syndico. Non collegiata, in qua unus, tres vel plures non ita ordinantur, aut quibus eadem non conceduntur. *l* Collegiata rursus Ecclesiæ, vel regulares, vel seculares sunt, illæ seculares vel absolute collegiata, vel capitula, *m* vel cathedrales: *n* istæ vel conuenticales vel cœnobica vel monasteria dicuntur, *o* vel regulares Ecclesiæ.

6 Sexto, † diuiduntur beneficia in eâ, quæ habent dignitatem, quæ habent personatum, quæ officium, quæ administrationem, quæ præposituram. *p* Dignitas in specie beneficii, *q* dicitur facultas administrandi in aliqua Ecclesia cum aliqua iurisdictione. *r* Personatus consistit in prærogatiua sedis & aliorum sine iurisdictione. *s* Officium, est Ecclesiasticarum rerum administratio sine iurisdictione, cuiusmodi est officium sacristæ, *t* custodis. *v* Et in conuenticualibus Ecclesiis, officium elemosynariæ, cellariæ, sacristiæ, *x* etiam officium ab efficiendo, obsequium & seruitium quoddam in Ecclesia honestum. *y* Administratio vero, est spiritualium & temporalium, *z* ut in prælaturis & beneficiis curam animarum habentibus. *z*

## SCHOLIA.

a vide Panorm. consil. 47. incipiente illud

- A queritur, an in literis, Anchara. ad cap. 1. de reg. iur. in Sext.
- b cap. penultim. de verb. signific. ca. maioribus. de praben.
- c ca. cum singula. de praben. in Sext. cap. de multa. eod. tit. apud Gregorium c. cum satis. de offic. archid.
- d Clement. dudum. §. verum, de sepult. ca. de sepult. apud Greg. ca. 2. de paroch.
- e ut in c. execrabilis. §. fin. de praben. in Extrauag. comm.
- f cap. fin. de prabend. apud Greg.
- g Hinc axioma, regularia beneficia, regularibus, secularia secularibus esse conferenda. c. cum de beneficio. de prabend. in Sex. ca. cum singula eo. de prab. in Sex. Clem. 1. de elect. §. volumus. de collatio. in concor. Docebit autem num beneficium sit regulare vel seculare ipsa beneficii erectio seu fundatio, quando in ea dicitur, ut per regulares vel seculares regatur. gloss. ad §. idem ordo, ad verbum, regularibus, de collatio. in Pragm. sanctio. Ioannes de Selua. in tracta. de beneficio, in 1. parte. qu. 4. nu. 13. De hinc & contra fundationem, si prescriptio mutauerit naturam beneficii qualitatem, si lapsu 40. annorum seculare beneficium fundatione regularibus concessum fuerit, & ab iis legitime seu pacifice possessum: vel contra, si regulare a secularibus, dist. cap. cum de beneficio. Et Rota decisio. 32. incipiente. fuit dubitatum, in nouis. Ioannes Staphileus tractatu de literis gratia. forma 8. Cum aliquin iura Ecclesiastica prescribantur per spatium 40. annorum inter personas Ecclesiasticas & Ecclesias. ca. de quarta. de prescriptio. ca. cum Ecclesia, de causa possessio. & proprietate. Caterum si persona possessoris beneficii qualitas repugnet qualitati requisita per fundationem, requiritur ut persona, qua alterius est qualitatis, habeat titulum, scilicet institutionem & bonam fidem, aliter non mutaretur qualitas beneficii in fundatione definita, neque locus esset prescriptioni. ca. vigilanti. de prescript. quod late

- explicat Rebuffus ad §. volumus, ad verbum regularia, de collatio in concordia.
- h** commendata dicuntur data in commendam & non in titulum beneficia, vel ratione qualitatis persone beneficii cui datur, vel beneficii quod datur, cum non potest ita concedi ordinario iure per institutionem, sicque hic commode accipitur. Alio namque modo & in commendam dari dicitur beneficium, quando propter incompetentiam beneficiorum, duo beneficia iure communi unus tenere non potest: ideo unum datur in titulum, aliud commendatur. ca. qui plures 21. q. 1. c. nemo deinceps, de Electio. in Sex. ubi gloss. ad verbum cōmendare, plura notavit de commendam. Commendantur autem Ecclesia dupliciter, aut in utilitatem commendatarii, aut ad utilitatem Ecclesie. Quando ad utilitatem Ecclesie datur, titulus non datur commendatario beneficii, sed custodia, a qua remoueri potest commendatarius. contra quando datur in utilitatem personae. Gomes ad regulam cancellariae de publican. resigna. qu. 4. & ad regulam, de triennali possessor. q. 5. glo. ad §. licet, ad verba, euidenti causa, de electio. in pragma. sanctio. de commendatariis non beneficiariis, multa nos diximus. lib. 1. §. Syntagm. c. 38. vide & de commendis beneficiorum Rebuffum in tract. de pacif. possess. nu. 35. 36. & 37. & seq. vsque ad 48. ubi late de cōmendis extraordinariis olim ad vitam: & de ordinariis ad sex menses.
- i** §. statumus 2. de collat. in concordia. §. in Ecclesia. de collat. in pragmat. sanctio. vide qua diximus, libr. 17. Syntagm. ca. 13. nu. 11. & 12.
- k** Obseruatur horum differentia. in cap. nobis, de iure patronatus.
- l** c. dilectus, de excessib. pralator. requiritur & superioris auctoritas in collegio legitimo & probato constituendo. l. 1. de colleg. illeg. In hoc permittitur habere arcam communem, corpus & syndicū, exemplo Reipublicae, l. 1. quod cuiusque vniuersitatis nomine P. Trasmaciunt collegium, capit. primo, de elect. l. Neratius. de verbor. significat. P. inde Capella. Simplex beneficium est, in qua duo vel tres ord. nantur, non ut corpus faciant, sed ut in officio diuino se coadiuent. ut in capit. ut quisque, de vita & hon. cler.
- m** c. capitulum, de rescrip.
- n** quia ibi episcopus habet sedem, ibique caput, & concilium eius & collegium, corpus, ca. nouit, 4. & cap. quanto, de his que fiunt a pralat. sine consen. cap.
- o** ca nobis, de iure patron. ad c. edoceri, & c. capitulum, de rescript.
- p** Mentio horum omnium fit. in capit. 1. de consuetud. in Sext. cap. si is, cui 39. de preb. in Sext. cap. de multa, eod. tit. apud Grego. c. execrabilis, eod. tit. in extrauag. Explicat autem Panorm. ad c. de multa, & Archid. ad d. c. de consuet. in Sext.
- q** Id est, prout differt ab aliis. Alioquin dignitas in generali acceptione accipitur, pro omni praeminentia, ut colligitur ex c. ad aures, de rescript. & notat glo. ad c. quia nonnulli, de cleric. non resident.
- r** Glossa & Archid. ad c. ad ca. 1. de consuet. in Sext. dicitur & illi dignitas, qua alius praest. pralaturae c. 2. de iudi.
- s** Archid. ad d. et. capit. 1. de consuet. collect. ad cap. de multa, de prebend.
- t** cap. 1. de offic. Sacrista.
- v** c. 1. de offic. custod. vide Ioannem de Selua, tract. de beneficio. par. 1. q. 2.
- x** gloss. ad Clem. ad hac, ad verbum officii, de stat. monacho.
- y** ut titulus de offic. Archidia. de offic. Archipresbyteri, & c.
- z** Beneficia cum administratione, sunt pralature, ut colligitur ex c. ex ino 11. §. 1. & ibi gloss. ad verbum ipsos, de cleric. non resident. Tradit & Gemina. quod omnis, qui habet in titulum beneficium simplex, cui sit assignata certa dos, dicatur habere beneficium cum administratione. Sic etiam qui habet prebendam distinctam in Ecclesia, dicitur habere beneficium cum administratione.

ministracione, ut in c. relatum in 2. de testamen. Qui tamen habet tantum præbendam in distributionibus, quæ sunt ratione singularum horarum, non dicitur habere beneficium cum administracione, sed velut pro labore stipendium, diciturq; simpliciter & personaliter beneficiatus, sic & distinguit gloss. ad ca. præsentem ad verbum reservari. de offic. ordinarii. in Sext.

## CAPVT III.

- 1 Denominatis & innominatis beneficiis.  
2 Præbenda quid, & diuisio.

Septimo, † beneficiorum alia dicuntur innominata, alia nominata. Innominata sunt, quæ remanēt in solo generali nomine beneficii, nec transeunt in propriam titulum cuiusquam. Nominata, quæ habent proprium nomen & titulum. *a* Inter innominata sunt proprie præbendæ, & canonicatus, vel affinia innominatis, quæ proprie beneficia non sunt, quamuis & præbendæ generali nomine beneficiorum contineantur. *b*

2 Annotandum tamen est, † generali nomine præbendæ contineri certam ex Ecclesiæ fructibus portionē acceptam, quæ nullam habeat notā beneficii: & esse præbendam temporalem. *c* Alio autē modo præbendam pro omni genere beneficiorum accipi posse. *d* Eo quod antiquitus, portio præbeatur clericis ecclesiis inseruientibus, ex redditibus Ecclesiæ, cui intitulari seu inscripti erant: ratione cuius portionis regulata, canonici dicti fuerūt. *e* Eadem & ratione, qua omnia beneficia diuisionem acceperunt, & fuerunt in illis certi redditus præpositis commissi, *f* præbendæ & dici poterunt, quemadmodū & portio Ecclesiastica, aliquando & præbenda. *g* Dicitur & tanquam species beneficii præbendæ & canonia, *h* sine alio proprio nomine quam cōmuni Ecclesiæ, cuius sunt præbendæ & canoniæ plures. Ita rursum Ecclesiarum præbendæ, vel simplices, vel canoniales dicuntur. Simplex præbenda

est, ius spiritale recipiendi certos prouentus, in ecclesia collegiali, competēs ob diuinum officium, cui præbendatus inseruit, & debita clericis secūdi ordinis eius Ecclesiæ. Canonialis est, quæ debetur clericis primi ordinis Ecclesiæ collegialis, & qui in Cathedrali dicūtur fratres Episcopi. Estque ius spiritale percipiendi certos prouentus in Ecclesia collegiali, competens ob diuinum officium, cui præbendatus deseruit, cum stallō seu sede honorabili in choro, & voce seu iure dicendi sententiā in capitulo: *m* dummodo canonicus fuerit subdiaconus & pabes. *n*

Præbendarū † prouentus sunt in triplici distinctione: nam quidam consistunt in victualibus & manualibus dictis, distributis tantum his, qui interfunt in horis certis diuinis officiis: *o* nequē dantur absentibus quantumuis de non residendo priuilegiatis, *p* etiam si fauore studiorum pro præsentibus habeantur. *q* De hinc secundo, præbendæ nomine dantur distributiones quotidianæ, seu diaria, alicubi, aut singulis hebdomadibus, aut vno quoq; mense, in pane, aut vino, aut pecuniis, quæ etiam dantur absentibus priuilegiatis: quo nomine differūt a superiori genere distributionum. *r* Sunt & tertio loco aliæ præbendæ, quæ singulis annis separantur. *s* Miscentur & concurrunt aliquando ista distributionum genera, ita vt præbendæ vel canoniæ, ultra annuos distinctos fructus, quidam dentur ultra ex mensa, vt dicuntur communi. *t* Et alia ultra, certis horis præsentibus, & qui interfunt horis diuinis & officiis, distribuuntur.

Canonicatus, † quāuis dicatur ius spiritale, habet tamen officium stallū in choro & vocē in capitulo. *v* Ideo nec diu canonicatus potest esse sine præbendā, *x* aliquādiu tamen sine ea est. Et proinde canoniæ, seu canonicatus ponūtur duæ species: vna, quæ non cohæret præbendæ, sed per se ipsam aliquādiu sine ea subsistit. *y* Altera, quæ cohæret. *z* Illa, quæ non cohæret,

creari solet a summo Pontifice extra numerum canonicatum seu præbendam, ad habendam primo postea vacaturâ præbendam, quæ non debetur in eadem Ecclesia, in qua creatur, nisi canonicis, *aa* Dicitur & ius spiritale de nouo creatum, *bb* cum affectatione præbendæ primum vacaturæ. *cc* Obseruandum & hic erit insuper; ius hoc canonicatus creati, consistere ex his, quæ quis cõsequitur in adeptione possessionis eius canonicatus, nempe **B** primum, vt possit legere Euangelium in sua hebdomada. Secundo, vt possit interesse electioni episcopi, & aliis tractatibus capitularibus. Tertio, vt domũ obtineat, quæ non solet, nisi canonicis assignari. Quarto, vt ad osculũ pacis cum aliis canonicis admittatur. *dd* Quinto, vt lectiones legat in Ecclesia. *ee* Sexto, vt respõsoria & alia cantet in Ecclesia. *ff* Septimo, vt vbi in canonicum receptus fuerit, statim fruatur distributionibus quotidianis, & quam citius fieri poterit, prouideatur illi de præbenda. *gg*

Est autem alia species canonicatus, qui creatur tantum de nouo in aliqua Ecclesia, ad effectum obtinendi dignitatem, administrationem, personatum vel officium, quæ non solent dari, nisi canonicis actu; dicitur canonicatus honorarius, & canonicatus in herbis: *hh* canonicus eius canonicatus, præceditur ab aliis canonicis præbendam habentibus, *ii* neque soletis dari iudex delegatus a summo pontifice, vel eius legato, *kk* vt solent cæteri canonici præbendati, *ll* nisi forsitan creatus fuisset canonicus cum plenitudine iuris canonici, & cum reservatione præbendæ. *mm* Hic enim hoc modo creatus canonicus, differt a canonico creato tãtum ad effectum obtinendi dignitatem vel officium, vel administrationem, cui non est dignitas ita affecta, vt alteri conferri non possit, cum vacabit; licet aliud videatur ratione canonicatus, *nn* Quocirca canonicus tantum honorarius, nõ dicitur habere proprie be-

**A** neficiũ. *oo* Et proinde, si is canonicus beneficium aliquod impetret, non tenetur de eo canonicatum mentionem in impetratione agere. *pp* Nec tenetur in ea Ecclesia vbi creatur, & ex qua nihil recipit, reside-  
*qq* Nec consequetur alias quam consuetas distributiones, nec intererit actibus capitularibus. *rr*

Super diuisione vero rursus dicemus, præbendam aut sacerdotalem, aut non sacerdotalem esse, *ss* aut integram, aut dimidiatam: *tt* & aliquam dici beneficium, aliquam non. *vv*

## S C H O L I A.

**a** *Quemadmodũ conuentiones dicuntur in-nominata, qua generali titulo & nomenclatura cõninentur sub speciebus do vt dos, do vt facias, facio vt des, facio vt facias, l. naturalis. per totam, de præscript. verbis P. nominata, qua vltra nomen generale conuentionis, aliud propriũ, a quo nuncupantur, nacta sunt, vt emtio, venditio, locatio, & c. l. iurisdictionum, de Pact.*

**b** *c. dudum, de præben. in Sex. ca. ex multis, ca. si quis dator, l. 9. 3.*

**c** *qua omnino non est beneficium, vt dicemus paulo post, de qua non agitur, in beneficiorum materia: sicut & præbenda nomine potest intelligi annona profana, aliquibus personis debita, vt qua militibus dabatur & alias l. dimitti 19. de testib. libr. 22. P. tit. 5. ibi. item qui exercitui præbendam conduxerit. Et apud Cassiodorum. libr. 5. Variar. epistol. 39. & libr. 3. epistol. 42. vbi, & in singulari legitur præbenda præbenda. pro eo, quod apud alios legitur in plurali præbenda præbendarum, vt apud Gellium, libr. 15. c. 14. vide Alciatum lib. 2. Parerg. ca. 33.*

**d** *vt titul. de præben. & titul. de concessione præben.*

**e** *can. secundo. 79. dist.*

**f** *can. primo, l. 3. 9. 1.*

**g** *can. præter hoc. 8. l. 3. 2. distinct.*

**h** *can. ex multis, & can. si quis dator, l. 9. 3.*

i nota



- i nota ad c. cum Martinus, de constitutio. A ff de quo vide, qua tractat Rebuffus ad §. in  
 & cap. fin. de prabend.
- k Canonici dicuntur clerici primi gradus,  
 & alii simpliciter beneficiati, clerici se-  
 cundi gradus, Innocentius ad capit. sedes.  
 de rescript.
- l c. nonit 4. cap. quanto §. de his, qua fiunt a  
 pralatis sine consensu capit.
- m capit. pro illorum 22. & ca. dilecto 25. de  
 prabend. additur alicubi osculum pacis,  
 secundum morem Ecclesiarum. dict. cap. B  
 dilecto.
- n Siquidem impuberes & non subdiaconi,  
 excluduntur a iure suffragii in capitulo,  
 neque percipiunt integras distributiones.  
 c. ex ratione de atate & qualita. apud Gre-  
 gorium, Clem. 2. eo. tit. in Clem.
- o c. olim tibi 16. de verb. signi.
- p c. fin. de cleric. non residenti. in Sext. ca. de  
 cetero 7. eod. tit. apud Grego.
- q licet vobis 32. de praben. cap. fin. de magi-  
 strat. libr. 5. tit. 5. in Concilio Tridentino,  
 Sessione 5. de reformatione. ca. 1. vers. do-  
 centes vero.
- r cap. cum nonnulla, de prabend. in Extra-  
 uag. commun.
- s capit. ex parte Hastensis, de concessio. pra-  
 bend.
- t Clem. ut hi qui 2. de atate & qual. ordina.  
 c. cum Martinus 9. de constitut.
- v cap. 2. de renunt. dicitur & ius spiritale. in D  
 dict. c. dilecto 25. de praben.
- x capit. cum super questione 8. de concessio.  
 praben.
- y ut in c. eam cui. & ca. si clericus. ca. hi qui,  
 de praben. in Sexto.
- z qua possessa. possidetur de prabenda. Felin.  
 ad cap. cum Martinus ad glossam ad ver-  
 bum receperunt, de constitut.
- aa dict. c. dilecto. de praben.
- bb c. dilectus c. proposuit, de concessio. pra-  
 ben. ca. si postquam de praben. in Sext.
- cc dict. c. dilecto, & c. pro illorum, de praben.  
 c. in Genesi de electio.
- dd c. cum super, de concessio. prabend.
- ee c. dilectus, in 1. & 2. de praben.
- ff de quo vide, qua tractat Rebuffus ad §. in  
 Cathedralibus, in princ. de reservation. in  
 concord. & in tracta. nominatio. q. 15. nu.  
 22. quo etiam dicit, legatum summi pon-  
 tificis non posse creare ad hunc effectum ca-  
 nonicum.
- gg de quo canonico, & quid possit facere,  
 tradit Frederic. de Senis, consil. 290. versi.  
 quia in praesenti, & interpretat. ad dict. c.  
 dilecto.
- hh Ioan. Andr. ad cap. dilectus, in 1. de pra-  
 bend. sicuti & frumenta dicuntur esse in  
 herbis, in l. fistulas. §. si. de contrahen. emi.  
 P. nempe, quod tales canonici habeant ina-  
 ne nomen canonici, nisi quod pertinet ad  
 hunc effectum. Anchar. ad cap. cum cui,  
 de praben. in Sext.
- ii Dominicus ad ca. episcopus 27. dist. Ripa-  
 rius. lib. 1. Responsorum. cap. fin.
- kk Ioannes Staphileus. tracta. de literis gra-  
 tia. §. lib. 7.
- ll cap. statutum. de rescript. in Sext.
- mm Iuxta c. si postquam, de praben. in Sext.  
 sic intelligenda glo. ad extraneam se-  
 des, de offic. delega. in extraneag. communi.  
 ad verba, ius ad rem. Observandum au-  
 tem illas creationes censerit prohibitas in  
 Concilio Basiliensi, & concordatis, in §. fin.  
 de collationibus. in Pragm. sanctio. & in  
 tit. de reservation. in concordatis, ubi tamen  
 creationes canonicorum ad effectum ob-  
 tinendi dignitates permittuntur summo  
 pontifici.
- nn notatur in ca. relatum, & cap. dilectus, de  
 praben. in cap. si clericus. eod. tit. in Sex.
- oo c. in nostra. de rescript.
- pp Egidius Bellamera. in cons. 34. incip.  
 supposita, & c.
- qq Nam seruitia fiunt ob beneficiu. ca. cum  
 secundum Apostolum. de prabend. ut co-  
 tra beneficium datur propter officium. ca.  
 fin. de rescript. in Sex.
- rr Imola in clem. 2. col. 2. de prab. vide gloss.  
 fin. Rebuffi. ad tit. de reservat. in concord.
- ss Nam ex statutis Ecclesiarum interdum  
 quadam debentur sacerdotibus, quedam  
 Bb

etiam aliis possunt dari, ut diaconis & A  
subdiaconis & clericis. cap. cui de non sa-  
cerdotali 27. & capit. ei cui, 29. de pra-  
bendis in Sexto.

et dict. ca. cui de non sacerdotali 27. de pra-  
ben. in Sexto.

vv. ut in can. Clericus 1. & ibi gloss. ad verb.  
Non comminueretur, 2. 1. 9. 1.

### C A P. I I I I.

De aliis beneficiis quibusdam anonymis. B

**I**nter beneficia innominata, si potest an-  
numerari monachus, habita ratione,  
quod in eadem Ecclesia regulari, plures  
sint eiusdem tituli. Ratione tamen rela-  
tionis ad alia beneficia non regularia, praebenda  
& canonice Ecclesiarum collegialium dici solent beneficia. a Posset & illud  
dici innominatum beneficiū, quod in au-  
xilium ecclesiae matricis ab ea diuisum est,  
ad faciliorem sacramentorum, parochia-  
nis faciendam distributionem. b Atque  
annumerabimus non incongrue inter in-  
nominata beneficia quae clerici assidui  
percipiunt. c

### S C H O L I A.

a Vide gloss. ad cap. de iudic. in Clem. Pano.  
ad c. Monachi, de Stat. Monachorum.

b ut in c. ad audientiam 3. de Eccles. adific.  
lib. 3. tit. 48.

c in cap. penul. de cleric. non resident. ubi & D  
glossa, ait huiusmodi assiduos alicubi man-  
sionarios dici, qui non sunt canonici, sed a-  
liquin assidui & praebendi.

### C A P. V.

Qua sunt nominata beneficia.

**I**nter beneficia, quae proprio & singu-  
lari nomine, & titulo insigniuntur, sunt:  
Summus Pontificatus seu Papatatus, a Car-  
dinalatus, b Patriarchatus, c Primatia, d Ar-  
chiepiscopatus, e Episcopatus, f Chorepi-  
scopatus, g Abbatia, h Prioratus, i quorum  
duae species, regulares & seculares. Regu-  
lares, qui per regulares personas regi so-  
lent, iique vel conuentuales, vel claustra-

strales. l. Seculares, qui per clericos secula-  
res regi solent. m. Item praepositura, n Ar-  
chidiaconatus, o Archipresbyteratus, p E-  
his vel ciuitatenfis, q vel ruralis: r primice-  
riatus, s praecentoriatus, t succentoriatus,  
v decanatus, x cancellariatus, & aliquan-  
do per se beneficiū. y Et theologialis praebenda,  
& quibus iungi possunt alia benefi-  
cia cum cura & sine cura animarum, pro-  
priis titulis ecclesiarum & parochiis distin-  
cta, aa quae dicuntur rectoriae, bb vicariae  
perpetuae, cc plebaniae, dd & maioratus in  
aliquibus ecclesiis dignitas. ee

### S C H O L I A.

a Nos de his omnibus diximus, lib. 17. Syn-  
tagm. cap. 3. nu. 18. Papatatus beneficium  
dicitur, in cap. 1. de maledict. can. clericis. §.  
Pontifex. 2. 1. dist.

b Cardinales dicuntur habere titulum &  
beneficium. in cap. 2. de cleric. non residen-  
tibus. capit. ad eminentiam. de sentent. ex-  
commun.

c Quatuor post summum Romanum Pa-  
triarcham, constituuntur hoc ordine di-  
gnitates, Constantinopolitanus, Alexan-  
drinus, Antiochenus, Hierosolymitanus,  
capit. antiqua. de priuilegiis. cap. Sancta  
Romana, de electio. in Sexto. de quibus &  
nos diximus, lib. 15. Syntagm. capit. 2. &  
5. & sequentibus.

d can. 1. & 2. 99. distinct. In cuius prelatu-  
ra & prelatione & potestate, seruanda an-  
tiqua consuetudo capite duo, de offic. ordi-  
narius.

e Vi in cap. in Archiepiscopatu, de raptori-  
bus. cap. Saluator. de praebend. in extra-  
uag. communib. dicitur & Archiepisco-  
patus Metropolitana sedes, Rebuff. §. 1. de  
colatio. in concord. & ad titulum. de con-  
stitutio. ad verbum, Metropolitanus, in  
concord. vide canonem Scitote 6. questio.  
3. l. vnic. de Metropoli Byzitio. lib. 12. C.  
can. clericis 21. dist.

f dict. cap. clericis 21. dist. & passim alibi &  
tototii. de episcopis & clericis.

g Chore-

g Chorepiscopi erant antiquitus, veluti adiutores Episcopatus in parte aliqua, tandem vi inuiles sublatis. can. quamuis, & Chorepiscopi 68. distinct.

h Abbatia, est pralatura precipua in monachos, cap. 2. de Iudiciis, cap. ex transmissa, de Renuuiat. Item in moniales, vt in cap. indemnitatibus de Election. in Sexto.

i cap. cum singula, de Prabendis in Sexto.

k Prioratus conuentualis est, quando in cœnobio propositus per se præest monachis, nec ibi alius superior est, vel Abbas, Clement. 1. §. caterum, de Statu Monachor. cap. 2. eod. tit. apud Gregor.

l Clausstralis prior dicitur, qui in cœnobio præest secundus post Abbatem, cap. cum ad monasterium, de Statu Monachorum.

m dicta clemen. 1. §. caterum, de Statu monach. videnda gloss. ad extranag. execrabiles ad verbum Prioratus, circa principium, de prabend. in extra. com.

n cap. quamuis, de verborum significatione in Sexto.

o Archidiaconatus præfectus, archidiaconus est, qui Episcopi vicarius & oculus est, de quo in cap. 1. 2. & cap. ad hac, de Officio Archidiacon.

p Archipresbyter subiicitur Archidiacon. cap. 1. de Off. Archipresbyter. Non quidem ratione ordinis, cuius causa presbyteratus maior Diaconatu, can. legimus, can. Diaconi, c. Dominus, 93. dist. sed ratione potestatis seu ministerii, quod ei commissum est circa Episcopum. Nihil enim prohibet diversificationibus vnũ & idem alia maiore vel minorem esse, can. puto, & can. quaritur, 2. quest. 7.

q De Officio Archipresbyteri Cunitatis, in c. pen. de Offi. Archipresbyteri, ca. perle. §. Archipresbyter, distinct. 25.

r de Offi. Archipresbyteri ruralis, in ca. fin. de Offi. Archipresbyter.

s ca. cum accessissent, de Constitutio. vide l. 2. de Domest. & protecl. & tot. titulo de Primicerio & Secundicerio. libri 12. C.

A t cap. cum olim, de Consuetudinib.

u cap. inter dilectos, de Excessib. Prala.

x dicto cap. cum olim, de Consuetud. & cap. Dilectus, in tertio de Prabend.

y in cap. vnic. vt Ecclesiastic. benefic. sine diminutione confer. gloss. in Clem. de Iudic. c. super specul. de Magistratib.

aa tota titul. de Parochiis. cap. si pro clericis, 8. & cap. cum singula, 3. 2. cap. licet episcopus, 28. de Prabend. in Sex. de distinctione ecclesiarum in can. ecclesias, 13. quest. 1.

bb cap. 3. de Cleric. egrot. cap. fin. de Prabend.

cc cap. 3. de Offi. vicar. cap. postulasi, de Rescrip. Panor. ad cap. ex stirpande. §. quia vero, de Prabend.

dd cap. fin. de cleric. vel monach.

ee can. volumus 89. distinct. & ibi gloss. ad verbum maiorem.

## CAPVT. VI.

1. De beneficiis improprie ita dictis, coadiutoria seu dum titulus clerici.
2. Pensio.
3. Xenodochia.
4. Operaria, collegia.
5. Oratorium, Capellania.
6. Manualia.
7. Preceptoria militiarum.
8. Vicariatus temporales.
9. Commenda Episcopi.
10. Prabende officiariorum.

ET hæc dicta sunt de beneficiis, quæ proprietates & notas verorum beneficiorum Ecclesiasticorum habent: agamus de his, quæ improprie beneficia dicuntur: cuiusmodi sunt ea, quæ dantur coadiutoribus beneficiariorum, qui non possunt ob morbum vel aliud graue impedimentum, vacare ministerio diuino: quibusq; beneficium quidem non adimitur, sed datur in officio coadiutor.

Est & tale feudum b patrimonium clerici, quod titulus dicitur, c Pensio, d.

Xenodochia, leprofaria, eleemosynaria, 3.

quibus rectores seu administratores præponuntur, non ut sibi quærant, sed ut bona earum in usus per fundationes destinatos, insument & distribuunt: & proinde non dantur in titulum beneficii. e Item operaria. f

4 Loca collegialia, † quæ non dantur in titulum: contra, si titularia essent in ecclesia: g præstimonium quando consistit in solis temporalibus percipiendis: contra, si aliquod munus spirituale, vel assiduitatis seu residentia coniungatur. h

5 Oratorium etiam non est † proprie beneficium ecclesiasticum, i nec capellania fundata per solos laicos, nisi fuerit ab episcopo diocesano approbata: quare nec ab episcopo fit de illa collatio vel institutio, sed & laicus, qui fundavit, potest pleno iure cui voluerit concedere. Si appareat tamen de collatione vel institutione episcopi, in dubio censetur capellania beneficium, l & æquiparatur beneficio. m

6 Non proprie † dicuntur item beneficia, quæ manualia appellantur, n quia ad nutum abbatis conferri possunt, & auferri possessoribus, & ob causam: o cum tamen beneficia vere dicta perpetua sint. p

7 Præceptoriam quoque, † quæ cõmendatæ militum ordinis sancti Iohannis Hierosolymitani, & aliorum sacrorum militum, ab aliquibus quidem dicuntur beneficia, r sed nõ sunt ex genere communium beneficiorum, nec eiusdem naturæ: nam neque ab episcopo conferuntur, neque clericis dantur, quamvis sint alia beneficia sacrarum militiarum, quæ nõ nisi presbyteris, & clericis professis eum ordinem conferantur. s

8 Vicaria temporalis † non erit proprie beneficium, sed beneficii alterius verius administratio. Et ideo adimi vicario potest liberè. Id ipsum dicemus de vicariatu, seu officialatu episcopi, ut non sint beneficia: v imo potius officia sint, x vt & inquisitoris factæ fidei munus y

8 Commenda etiam † beneficii vacantis,

A quæ fit per semestre tempus ab episcopo, potius custodia temporalis quam beneficium dicitur. z Si tamen concedatur ad vitam, commendatarius pro titulario habetur. aa

Non erunt item † vere beneficia præbendæ assignatæ aditus ecclesiæ, pueris symphoniacis, seu cantoribus, musicis, bb œconomis, cc syndicis, dd & aliis officariis, qui remoueri possunt, interdum laicis, ee vel magistris scholarum, ff & affluis. gg Quæ iure singulari regalia conferuntur a principibus & laicis. hh Nec etiam ea, quæ omnino carent redditibus & destituuntur omnino populo Christiano. ii

## S C H O L I A.

a cap. de rectoribus, cum cc. sequentibus. de clerico agrot. tota. 7. q. 1.

b feudum beneficium dicitur in §. 1. In quibus causis feud. amittat.

c cap. episcopus. de præbend. Et quamvis titulus detur de rebus ecclesiasticis: attamen non dicitur beneficium. capit. postulasti. de iure patrono.

d capit. quamvis, de præbend. in Sext. vbi pensio non continetur appellatione beneficii, neque ob diuinum solum officium, sed etiam ob causam pensio datur etiam clericis ex bonis ecclesiæ, vt in capit. adquisitiones, & capit. nisi essent viri prouidi, de præbend. capit. possessiones, 16. question. 1.

e Clemen. quia contingit, de religiof. domibus. Clement. per literas, de præbend. Fuisse Rebuffus in tracta. nominationum. question. 15. num. 12. 13. 14. 15. Dicitur & hospitalarius potius habere officium, quam beneficium. l. orphanotrophos. C. de Episcop. & cleric. nisi in fundatione dictum sit, dari huiusmodi loca in titulum beneficii: aut nisi coniuncta sint beneficio, quia tunc præsumuntur esse eius naturæ, cuius est beneficium, cui vnuntur. capit. sicut vnira, de excessib. pralat.

f Ideo

f Ideo beneficium non est operaria etiam, A  
quia magister operaria ut plerumq; in ec-  
clesia facile remouetur & mutatur, nec  
perpetuo hoc officium eis promittitur, po-  
testque talis esse laicus. Decius in cap. de-  
cernimus. num. 11. de Iudic.

g Si perpetua sunt loca, beneficia censentur.  
qualia sunt in Ecclesia S. Trinitatis Ma-  
galona, in Suburbis ciuitatis Montis  
Pessuli. Rebuff. in tracta. nominationum.  
q. 15. num. 21.

h Dominicus consil. 89. Oldrad. Concil. 81.  
qui & tradit praestimonia esse beneficia, eo  
quod non nisi clericis concedantur. Quod  
tamen verum, si modo in perpetuum con-  
cedantur, & ad vitam, non aliter. ut idem  
Oldra. tradit consil. 140. cap. Bonifac. de  
vitalibus, ad Clemen. dispendiosam, de  
iudiciis. Frederic. de senis consil. 130. inci-  
piente, factum tale, & consilio. 151. incip.  
Thema, &c. Decius. consil. 148. incipien. C  
Reuerende. Dicitur porro oratorium,  
Ecclesia seu altare constructum orandi  
causa. cap. fin. de Ecclesiis edifican.

i Guido Papaeus Decisionum Parlamenti  
Depbinatus decis. 187.

k per ca. omnes, 19. quast. 7. ca. regenda, 10.  
quast. 1.

l ca. apostolica. 8. quast. 1. Quare & in ca-  
pelli dicitur committi simonia, ut in cap.  
cum non satis, de simon.

m Notat gloss. penultima & finalis, in cap.  
unico, de capel. monachor.

n cap. cum ad monasterium, §. talis, de statu  
monachor. cap. 16. de privilegiis in Sex.  
Quilibet utaque prioratus regularis cen-  
setur ad nutum reuocabilis, nisi sit curatus  
vel conuentualis. Egid. Bellamera decis.  
203. incipiente, quilibet, &c. Paul. Pari-  
sien. consilio 43. incip. pro domino Hie-  
ronymo, l. 4. nisi a Summo Pontifice con- E  
feratur, & sit sua natura beneficium per-  
petuum, nam eo casu non possunt per abba-  
tem auferri, quia collatio censetur facta  
cum sua qualitate, Clemen. unic. de sup-  
plen. neglig. pralator. cap. unic. de capell.

monachor. in Sex. Sed & quando abbas  
aufert monacho beneficiū manuale, cau-  
sa adesse debet. Alioquin monachus remo-  
tus ex malitia abbatis a suo prioratu ma-  
nuali, poterit aduersus abbatem petere res-  
titutionem, ut notat Decius per illum  
textum ad cap. ad nostram, de confirma-  
tione vel inutili. & sic in Gallia seruari di-  
cit. Non enim est malitias hominum. pra-  
textu potestatis vel religionis indulgendū,  
cap. cum iam dudum, de praben. l. in fundo,  
de rei vendic. P. cap. ex tenore 11. de foro  
compet. cap. nuper. de donatione inter vi-  
rum & uxorem. Consentu Decio Rebuff.  
eo tracta. de purif. possessor. numer. 275.  
quemadmodum & seruo contra malitiam  
& nimiam scuitiam domini, non denega-  
tur auxilium in l. 1. §. fina. de his qui sunt  
sui vel alien. iur. P. in l. prima. de precib.  
impera. offerren. C. Est autem restitutio-  
nis obtinenda in Gallia praxis, ut mona-  
chus destitutus sine causa iusta, appellet a  
destititione ad curiam Parlamenti, tan-  
quam ab abusu commisso contra sacrosan-  
cta decreta pontificia. Cauetur tamen ne  
huiusmodi prouocationes recipiantur a  
monasteriis religionum reformatarum, ne  
ea via detur aditus dissoluedi disciplinam  
ordinis & neruum ecclesiasticae religionis.  
veruntamen si finalis beneficii concessio  
fuerit ex certa scientia summi pontificis  
confirmata, non poterit adimi possessori ex  
solo nutu & arbitrio abbatis, Ioannes An-  
dreas Dominicus & alii, ad caput presen-  
ti, de officio ordinarii in Sex. & in capit.  
cum singula, de prabend. in Sex. Imola ad  
caput nisi essent, columna penultima de  
praben. quia princeps intelligitur concede-  
re pleno iure, & in perpetuum. l. benefi-  
cium, de constitutione. principis exceptis mo-  
nachis sancti Benedicti, quibus nihil pro-  
dest in istis beneficiis confirmatio summi  
Pontificis, quominus a suis pralatis amo-  
ueri possunt. vide Rebuffum in tractatu.  
de pacif. possessor. numero 279. ubi sic sus-  
se iudicatum scribit.

- o *can. satis peruersum, § 6. distinct. cap. precepta, § 5. dist. & dictum est in finitione beneficii.*
- p *de preceptoris in capite dudum, de decimis. in capite exhibita, de priuileg. in extranag. communib.*
- q *a Barbata ad Clemen. causam, columna §. de electio. in videnda statuta horum militum.*
- r *cap. nemo deinceps, de electio.*
- s *de quibus in Clem. 2. & ibi gloss. 20. de B rescript.*
- t *cap. 1. de officio vicarii.*
- v *de munere huius inquisitoris in c. inquisitores, 16. c. per hoc, 17. & cap. ut inquisitoris negotium, 18. de heretic. in Sex. Clem. 1. & 2. eodem titulo.*
- x *cap. nemo deinceps 15. de concessio Preben.*
- y *cap. dudum, in 2. de electio. cap. qui plures, 21. questione prima. Archidiao. in cap. si propter, in fine de rescript. & dicto capite nemo, de electio. in Sex. Ioannes Gallus, in questione 18. in decisio per Arresta. Nam & potest talis commendatarius permutare sibi commendatum in beneficium, cap. fina. & ibi per Innocentium, de rerum permutatio. habetque in eo liberam potestatem tam in temporalibus quam spiritualibus. Panorm. in c. cum nobis olim, in penult. notabili. de electio.*
- z *nam ista prabenda, loco mercedis laborum impensarum in Ecclesiam, ad tempus tantum quamdiu inseruierint, dantur. can. clerici. q. 2. can. non satis, 86. di.*
- aa *de quo in ca. volumus, cum duobus sequentib. 89. dist. c. 2. de atate & qualitat.*
- bb *Vide in cap. vnic. de syndico.*
- cc *vel pro labore, vel pietatis, vel elemosina causa.*
- dd *ca. 1. & c. quia nonnulli, de magistratib.*
- ee *de quibus in c. de preb.*
- ff *Molineus ad regul. cancellaria Romana. de infr.*
- gg *Clem. in plerisque, §. de electio vel si beneficia ab hostibus infidelibus occupata fuerint, can. pastoralis, 7. q. 1.*

## CAPVT VII.

- 1 *De constitutione beneficiorum.*  
2 *Et erectione.*

**B**eneficium ecclesiasticum, componitur ex bonis temporalibus & officio diuino, a decimis, oblationibus, primitiis. b

Tribus autem modis erigitur, nempe, noua fundatione, c restitutione, dimmuntatione. e

## SCHOLIA.

- a *can. si quis obiecerit, 1. q. 3. de temporalibus bonis in can. videntes 12. q. 1. eaque possunt esse mobilia & immobilia, & iura, c. 2. de rebus eccles. non alien. in Sex.*
- b *Canone primo 13. dist.*
- c *Clem. fina. de rescript. c. dilecto filio, de preb. ca. 1. de verborum significatio. in Sex. c. ad audientiam, 1. & 2. de eccles. adifica.*
- d *quando videlicet beneficium extinctum vel suppressum restituitur in pristinum statum, ut in cap. ex parte, de constitutio. c. cum Martinus, eo. tit. ut l. si vnta beneficia, dissoluantur. ut in c. 1. ne sede vaca.*
- e *quando forma beneficii mutatur & qualitas. ut si abbatia fiat episcopatus, & de episcopatu, archiepiscopatus. ut in c. saluator, de prebend. in extranag. communib. vel si de regulari seculari beneficium, vel contra de seculari regulare. ut c. inter quatuor. §. de religiosis domib. lib. 3. tit. 36. c. ad audientiam in 2. de eccles. adifica. can. qua semel, 19. q. 1. can. peruenit, 18. q. 2.*

## CAPVT VIII.

*Qui possunt erigere & creare beneficia ecclesiastica.*

**E**eneficia maiora ut episcopatus, archiepiscopatus & similia, solus Summus Pontifex erigere & creare potest. a Ique solus potest nouas dignitates inuitatas in Ecclesiis colligatis ponere, b ex regularibus secularia facere, c canonicatum supernumerarium ad effectum obtinendi dignitatem

Dignitatem vel officium vel administrationem in ecclesia, creare, datque idem solus alia beneficia in exemptis locis creat. *d* Olim solus etiam in non exemptis, & edificandi & consecrandi ecclesiam dabat licentiam. *e* Episcopus autem in sua diocesi *f* omnia beneficia minora creat cum consilio sui capituli: *g* potest & ex seculari, Ecclesiam regularem facere, *h* dignitates in sua ecclesia, quæ usitate sunt in aliis capitularibus similibus Ecclesiis creare. *i* Capitulum tamen, solummodo novam præbendam creare potest: & suppressam dignitatem restaurare. *k* Priuata autem persona non potest per se beneficium erigere sine licentia & auctoritate episcopi. *l* Nihil tamé prohibet, quin possint priuata oratoria construere & dotare. *m*

## SCHOLIA.

- a* cap. sic ut unire, de excessib. pralat. ca. quod translationem 4. de off. leg.  
*b* Notata ad cap. cum olim, de consuetu. Felinus ad cap. cum accessissent, de constitutio.  
*c* can. qua semel, 9. q. 3.  
*d* § fin. de reserua. in concordia. facit cap. dilecto. de praben.  
*e* cap. auctoritate, de priu. in Sex.  
*f* can. de locorum. 4. can. præcepta synodalia, 5. can. basilicas, 6. ca. certum est, 7. can. ecclesia, 8. de consecrat. dist. 1. Socrates in historia ecclesiastica lib. 2. c. 8. & 17. refert, D tanquam antiquissimum canonem fuisse, sine Potificis Romani auctoritate, nullam Ecclesiam potuisse dedicari. Attamen in dicto ca. auctoritate, 4. de priuileg. in Sex. hoc restrictum ad exempta loca. in aliis inferioribus beneficiis, concessa Episcopis dedicandi potestate, id ipsum & permissum episcopis, consilio Aurelianensi, in can. nemo, 9. de consecr. dist. 1. cum similib. paulo post citandis.  
*g* In aliena quippe diocesi, Episcopus nihil sine licentia Episcopi proprii loci potest, habeturque ut priuatus. can. si quis Episcoporum, 16. q. 5.  
*h* can. si Episcopus, 12. quest. 2. cap. inter, de religiof. domib.

*A i* can. si Episcopus, 73. 12. quest. 2. cap. ad audientiam, de eccle. edifica. non potest tamen de regulari secularem Ecclesiam facere. nam hoc solus facit Summus Pontifex, ut dictum ex can. qua semel, 19. quest. 3. & cap. inter quatuor, de religiof. domib. nisi faceret auctoritate Papa, ut in ca. cum venerabilis, de censib. & in ca. relatum, ne cleric. vel monach. & c. vel nisi locus regularis aliter posset reformari quam per subrogatum clericorum secularium, dict. cap. inter quatuor.

*k* contra, si dignitates essent inusitate: quia tunc adendum est Summus Pontifex, ut paulo antea dictum est.

*l* cap. cum accessissent, de constitutio. c. dilectus, de praben.

*m* §. 1. ut nullus fabricet oratorii domos præter voluntatem episcopi. Nonella 67. can. nemo, de consecratio. dist. 1. sicque correctum est ius civile antiquum, quod unicuique sibi locum constituere religiosum permittebat, l. in tantum, §. religiosum, eodem titulo apud Iustinian. quod emendatum can. 14. in ecclesiasticis, 13. quest. 2. ut & Iustinian. statuit, nemini licere sine auctoritate episcopi sacrum facere. §. sacra res sunt, de reg. dom.

*n* can. unicuique, de consecratio. dist. 1. c. patientibus, de priuileg. c. fin. de censibus.

## CAPVT IX.

1 Qua sunt obseruanda in noua erectione beneficiorum; locus.

2 Causa.

3 Persona.

4 Dos.

5 Ipsa edificatio.

**I**N forma erectionis beneficiorum, quinque obseruanda sunt. Locus, causa, personæ, dos, ecclesia seu edificatio ecclesiæ. Locus conueniens & congruens debet esse beneficii qualitati. *a* Quare episcopi non in castellis aut modicis ciuitatibus, debent constitui: *b* sed presbyteri per castella & modicas ciuitates atque villas debent ab episcopis ordinari & poni, singuli tamen per singulos suos titulos. *c*

2. Causa poterit esse legitima beneficii instituedi, si gens aliqua de nouo ad fidem conuertatur, quæ exigat primatem. *d* Si difficulter, vel nullomodo ecclesia tempore hyemali primæua adiri possit, vt alia tunc constituatur, & dummodo in præiudicium ecclesiæ alterius noua non ædificetur. *f* Si ex deuotione etiam fidei & pietatis, quis velit nouam ædificare, dummodo quæstus spes absit, *g* aut superstitione, cum neque per somnum vel per inanes reuelationes quorumlibet hominum ædificari possint. *b*
3. Personarum habetur ratio, vt eorum, quorum interest fieri vel non fieri beneficium nouum, adhibeatur consensus. *i*
4. Dos porro habet prouentus Ecclesiæ erigendæ pro beneficio assignato, qui sufficere oneribus debent; alioquin, qui sine illis consecrauerit Ecclesiam, tenetur eam dotare: *k* cum is ante consecrationem teneatur curare vt sufficiens dos constituatur, *l* sufficientem autem dotem in principio foundationis maxime desideramus, quamuis successu temporis postea fiat insufficientis. *m* Sufficiens & merienda est, statuta ratione expensarum faciendarum in cultum diuinum, & victus personarum institutarum in beneficio, vt illis sufficiant prouentus. *n* Et si de rectoria seu Ecclesia parochiali erigenda agatur, dos saltem sufficere debet duobus, rectori & clerico. *o* Si de monasterio, tanta erit vt presbyteri, diaconi, & subdiaconi, cantores, & lectores, possint ibi nutriri. *p* Si de collegiata Ecclesia, dos saltem debet sufficere tribus: *q* tres enim faciunt collegium. *r* Et in summa, beneficia, de nouo fundata, tantum habere debent, ex quo possint præpositi sine magna penuria viuere, episcopalia iura soluere, & hospitalitatem transeuntibus impertiri. *s* Res dotales beneficiorum possunt esse mobilia, immobilia: *t* iurisdictiones etiam temporales, quæ tamen per non ecclesiasticas personas exercentur, & ex quibus pœnæ pecuniaria in utili-

tatem Ecclesiæ conuertantur. *x* Sunt & nouis Ecclesiis datæ per episcopum decimæ sine magno incommodo aliarum Ecclesiarum, *y* primitiæ, oblationes, & quæ ex laudabili consuetudine solent a fidelibus dari, a quibus & peti possunt. *aa* Competit & pro dote Ecclesiæ, vt possit ad aliquam aliam vacantem Ecclesiam eligere, vel beneficia quædam conferre. *bb* Percipiunt & parochiales Ecclesiæ præter alias, redditus speciales ex relictis aliis Ecclesiis per earum parochianos. *cc* Sunt quoque proprii alii redditus & iura singularia episcopatum, vt cathedraticum, *dd* alicubi quarta decimationum *ee* & mortuorum *ff* procuratio ratione visitationis *gg* moderatum ab Ecclesiis, extraordinarium auxilium. *hh*

Templum seu ædes sacra, publice designatur, & facta consecratur ab episcopo. *ii*

## S C H O L I A.

- a* can. Ecclesiar. 16. qu. 7. can. Ecclesiar. per congrua, 13. de consecr. dist. 1. cap. ad audientiam in 1. *c* 2. de eccles. adifica. cap. saluator, de prebend. in extranag. communib. can. 1. pronuncia, 99. dist.
- b* can. in illis, 2. *c* seq. episcopi. 80. dist. ibiq. ratio, *c* in cap. 1. de privileg. lib. 5. titul. 33. nec debet censeri diocesis, qua non habuit episcopum. can. 50. felix. 16. q. 1.
- c* dicto can. episcopi, 80. dist. can. plures, 54. 16. q. 1. ca. Ecclesiar. 13. q. 1.
- d* can. 2. nulli archiepiscopi. 99. dist.
- e* Vide fuse cap. 3. de ecclesiis adificandis.
- f* cap. 1. de no. oper. nuntia. lib. 5. titul. 32. cap. 1. de reb. Eccl. non alien. lib. 3. tit. 13.
- g* can. si quis basilicam, 19. de consecra. dist. 1.
- h* ca. placuit, 26. de consecra. dist. 1.
- i* cap. ad audientiam 3. de eccles. adifican. Clem. 2. de reb. Eccl. non alienand. can. 51. multis, 16. q. 1.
- k* cap. cum sicut, 8. de consecra. Ecclesia. vel alta. lib. 3. titul. 30. can. nemo. de consecrat. dist. 1. §. primo. vt nullus fabricet oratoris domos, in Nouell. §. primo. vt determinat.



- minat, sit numer. clerico. Dotat Episcopus, si non curauerit ab initio dotem sufficientem assignari patrono. argum. cap. secundum. Et cap. episcopus, cap. cum secundum, de prebend. vel roget fundatarium augere dotem si is habeat unde possit augere, can. pie mentis 16. questio. fina. vido Panorm. consil. 89. in 2. volumine. Et Glossam, latius hac de re disputantem, ad dict. cap. cum sicut. ad verbum consecranda.
- l** dicto cap. cum sicut, de consecratio. Ecclesiar. can. pie mentis, 16. quest. ultima. can. placuit. 1. quest. 2.
- m** cap. conquirente 6. de cleric. non residenti. Et ibi gloss. ad verbum, percipere. ait tempore collationis beneficii, posse opponi, per eum, cui conferuntur, quod sufficientia non sint beneficia, non postea. can. dilectissimi, 8. quest. 2. Nam ex quo beneficiatus consentit accipere beneficium, quamquam sit exiguum & modicum, tenetur ibi reside-  
**C** dere, nec potest dissentire. can. clericus, 91. distinct. vno tamen fieri potest ecclesiarum, si ex altera non possit prepositus commode vivere, aut non possit satisfieri cultui diuino cap. sicut vivere, de excessi. pralat. Poterit & beneficiatus post collationem, pensiones & onera post foundationem beneficio imposta, impugnare & reprobare, cap. 2. de supplen. neglig. prala. c. prohibemus, de censu.
- n** d. can. nemo. de consecra. dist. 1. §. 1. ut determin. sit numerus clericor.
- o** cap. ut quisque, 3. de vita & honesta. cleric. li. 3. tit. 1. cap. preposuit 6. de filiis presbytero. vbi & ratio. Et in can. illud 7. q. 1.
- p** dict. §. 1. ut determ. sit numer. clericor. ca. primo. Et cap. auctoritate, 4. de institutio. lib. 3. tit. 7. cap. quoniam ut ait, de vita & honesta. cler. c. cum Martinus, de constitutio.
- q** can. hoc quoque, de consecra. dist. 1.
- r** cap. 1. de electio. l. Neratius, de verbor. signific. P. Quāuis vnus solus superstes. possit omnium aliorum ius collegii retinere l. si cui, §. si quod cuiusq. vniuersi. nomi. P.
- A s** ca. 2. de supplen. neglig. pral. lib. 1. tit. 10. cap. de monachis, 12. de preben. cano. cauendum. can. relatum, 10. q. 3.
- t** de quibus mentio in cano. terrulas, & seq. 11. q. 2. ca. hoc ius, 10. q. 2. can. hoc ius, 10. q. 2. Et ca. 1. de cens. lib. 3. tit. 30. Et ti. de sacrosan. eccles. Sunt alia iura ciuilia & canonica propemodum infinita, que de rebus ecclesiasticis conseruandis, acquirendis & non alienandis agunt.
- B v** cap. fina. ne clerici vel monach. in Sex. lib. tertio. titu. 24.
- x** cap. licet. 3. de pœnis, lib. 5. titu. 27. capit. primo. cap. irrefragabili, 13. §. fina. de offic. ordinar. lib. 1. tit. 31.
- y** cap. tertio & final. de eccles. adifica. libro 3. titulo 48. cano. precipimus, 16. quest. 1. cano. Ecclesias, ibi quest. 7.
- z** can. omnis Christianus. 69. de consecra. distinct. 1. cap. causa Carpensis. de verbor. signific. can. Ecclesia, 13. quest. prima. In solis tamen oblationibus, beneficii dos vt incerta, constitui non potest. Rebuffus tracta. de congrua portione questio, 10. §. 11.
- aa** ca. ad apostolicā, 42. de simon. lib. 5. tit. 3.
- bb** vt in cap. cum olim, 4. de maior. & obedi. lib. 1. tit. 33. Et cap. cum vis, 4. de offic. & potest. iudic. ordin. lib. 1. tit. 31.
- cc** Clem. dudum, de sepultur. ca. cum in tua, de decimis, cum similib.
- D dd** cap. conquirente, 6. de officio. & potest. iud. ord. cap. placuit, 10. q. 3. Vocatur & hoc ius synodaticum, quia datur in synodo episcopali ab his, qui ad eam veniunt, cap. olim. de censib.
- ee** dicto c. conquirente, & cap. dudum de decimis. cap. vni. 10. quest. 3. cap. Valterrana, can. nobis, can. concessa. 12. qua. 2. vido glossam ad c. cum contingat, de decimis.
- ff** Quandoque tertia est pars debita, quandoque quarta, quandoque media, pro consuetudine cap. primo. Et 2. Et cap. certificari, de sepul. cap. officii. cap. requisisti, de sepul. nam & prescriptio in ea ex integro habere locum potest. c. de quarta, de prescriptio.

- gg *idq; pro facultatibus ecclesiarum visita-  
tarum, cap. cum nuper, cap. sopita, c. cum  
Apostolus ubi ratio, de censib.*  
hh *dicto c. conquerente, in fine, & c. cum a-  
postolus, de censib.*  
ii *luxe formam can. nemo. de consecra. di-  
stinc. 1. Diximus & nos supra copiose titu-  
lo quarto de ecclesia.*

## CAPVT X.

- 1 *Beneficia erecta, cuius iuris sunt.*  
2 *Et quid ius patronatus.*  
3 *Potestas Summi Pontificis super beneficia.*  
1 **R**ecta beneficia, relinquuntur cura &  
solicitudini episcopi eius, in cuius dice-  
cesi sunt. *a* Nisi aliquo priuilegio ab ea  
exempta sint. *b* Sicque iure communi insti-  
tutio & destitutio prepositi beneficio, ad  
episcopum illum pertinet. *c*  
2 *Debetur & in quibusdam Ecclesiis aliis  
ius patronatus: quod est, d ius e honorifi-  
cum, f onerosum, g & utile, h compe-  
tens alicui in Ecclesia pro eo, quod dice-  
sani consensu Ecclesiam fundauit, i con-  
struxit, k aut dotauit, l vel ipsemet, vel is a  
quo causam & ius habuit. m Solus, vel cum  
alio. n*  
3 *Potestatem etiam habet in beneficia  
exempta solus Summus Pontifex: habet &  
in alia omnia ius conferendi per concur-  
sum ordinariorum: atque supra illos, habet  
in beneficiis plenissimam disponendi po-  
testatem. o*

## SCHOLIA.

- a can. omnes basilica, 16. quest. 7. can. obi-  
tium. 61. distinct.*  
*b c. cum & plantare, de priuileg. cap. 2. de  
supplen. neglig. pralato. li. 1. tit. 10.*  
*c ut dicemus postea, in collatione beneficio-  
rum. cap. cum ex insuncto, de heret. cap.  
primo & 2. de capell. monach.*  
*d explicamus hanc finitionem, lib. 7. Synta-  
gma. iuris vniuer. cap. 4.*  
*e quia spiritali annectitur. ca. de iure patro-  
natus.*  
*f quia alios precedit honore patronatus, in*

*A Ecclesia patronata. cap. nobis. §. fin. de iur.  
patrona. Item quod vacante beneficio pa-  
tronus presentat instituentum, nec potest  
episcopus sine eius presentatione providere.  
can. monasterium, cano. decernimus, 19.  
q. 7. cap. ex insinuatione, cap. quod autem,  
cap. illud pretermittendum, cap. ex consul-  
tatione, cap. consuluit, cap. relatum. de iu-  
re patron.*

- g nam patronus tenetur suam Ecclesiam de-  
fendere, & cauere ne bona dissipentur, ca-  
no. filius. 16. q. 7. & si bona non sufficiant,  
Ecclesia, ipse tenetur de suis aliis supplere,  
Clem. 1. de iure patro. cap. 6. de preben. in  
Sex. cap. exstirpanda, §. quod a vero, eo. titu.  
apud Grego. de preben.*  
*h nam cum vergit ad extremam inopiam  
patronus, ecclesia patronata, ne ingrata  
sit, eum & filios tenetur alere, cap. nobis. §.  
fina. de iure patrona. cano. quicumque. 16.  
q. 7. habita ratione bonorum Ecclesia &  
qualitate personarum patronorum, cano.  
fin. 10. q. fin. l. sed & si quis. §. 1. de usufruct.*  
*i c. nobis. de iure patron. c. pietatis, 16. q. 7.*  
*k adificatione videlicet facta propriis sumi-  
bus, can. monasterium, 6. q. 7.*  
*l can. filius, can. quicumque, 6. q. 7.*  
*m vel ex contractu, vel translatione facta  
cum vniuersitate bonorum, cap. cum secu-  
lum, cap. ex literis, 7. de iure patron. vel  
successione, Clem. 1. de iure patrona.*  
*n quia vnus & plures possunt esse eiusdem Ec-  
clesia patroni. ut in c. 1. 2. 3. de iure patron.*  
*o cap. praprosuit, 4. de concess. preben.*

## CAPVT XI.

- 1 *De extinctione beneficiorum.*  
2 *De vnione.* 3 *De destructione.*  
4 *Occupatione ab hostibus.*  
5 *Minutione, suppressione.*  
E **P**orro que admodum beneficia ortum  
habent, ita & aliquando admittere pos-  
sunt interitum & finem: & res etiam sacra  
possunt aliquando profana fieri, vel ex le-  
ge, *a* vel impellente necessitate, *b* vel ex al-  
ia legitima causa.

Quare

2 Quare extingui possunt beneficia v. nione primum accidenti cum alia Ecclesia, ob paupertatem, vel ex aliis causis. c Vnionem dicimus, quando fit ex duobus vel pluribus beneficiis in perpetuum coniunctio. d Et ita beneficium alteri unitum, amittit titulum, nec amplius per se vacare dicitur. e

3 Extinguitur 2. beneficium, quādo cum auctoritate Summi Pontificis vel Episcopi, ædes eius sacra destruitur, vna cum re dicitibus dissolutis. f Veluti quando ædes sacræ fuerint in alterius Ecclesiæ conuentionis præiudicium constructæ, g vel si diæcesani, proprium necauerint diæcesanum, h vel si Ecclesiæ ædificatæ sint, sine vllis martyrum reliquiis; aut si cum illis, sed falsis. i

4 Tertio, beneficium occupatum ab hostibus fidei, quandiu ab illis occupatur, pro extincto habetur, k quamuis verum sit, ædes sacras profanas ideo non fieri. l

5 Possunt & quarto, ex causa, beneficia, seu præbendarum numerus, minui vel supprimi. m

## SCHOLIA.

a l. inter stipulantem, § 3. §. sacram rem, de ver. obi. Permittit lex antiquorum Ethnicorum, liberationem a sacris, per coemptionem sacrorum factam per senes, eam obrem constitutos, ut scribit Cicero oratio, pro Muræna, vide quæ de extinctione beneficiorum diximus lib. 17. Syntagmatis cap. 5. & tracta. beneficior.

b Vi in l. sancimus, 17. C. de sacrosanct. eccles.

c ca. si. §. hostilitatis, 25. q. 2. ca. & temporis, 16. q. 1. c. 2. de religios. domib.

d cap. sicut vnire, de excessib. prala.

e Interpretes ad c. cum accessissent, per illum textum, de const. Ludouicus Gomes, ad regulā de trien. poss. q. 8. Ioannes Andreas, ad Cle. 1. de supp. neg. prala. & ita hic proprie unionem usurpamus; alioquin tribus modis vno seu coniunctio beneficiorum fieri dicitur, ut docet glos. ad c. 1. ad verb. vniedo, ne sede vacan. & glos. ad ca. &

temporis, & sequenti ad verb. vnire, 16. q. 1.

f Vi in l. 3. de colleg. illicit. li. 47. Pand. tit. 22.

g Vi in cap. 1. & 2. de nomi. operis nuntia.

h Canone finali 25. q. 2.

i ca. placuit, de cons. di. 1. ca. & hoc diximus 16. q. 7. vide Iosephum, lib. 7. de bello Iudaico, ca. 2.

k ca. pastoralis, 7. q. 1. sancta Romana, de election. in extrauagant. communib.

l vt notant ad ca. qua semel, 19. q. 3. vbi corrigitur l. cum loca, 36. de religi. & summi. funer. P. lib. 11. tit. 7.

m c. si. de verb. signifi. c. cum accessissent, de consti.

## DE INSTITUTIONIBVS.

## TIT. XXVIII.

a Tractatur in titulo 7. lib. 3. Decreta. & in Sext. lib. 3. tit. 6. in ca. omnes, & sequent. vsque ad ca. quoniam in quibusdam, 16. q. 7. tractatur & titulus de præbendis, & concessione præbende, & in Concordatis de collationibus.

## CAPVT I.

1 Continuatio tituli.

2 Et institutionis acceptiones.

POST tractationem de beneficiorum origine, qualitate, erectione, & extinctione, postulat ordo, vt de acquisitione agamus eorum, sicque proxime subnectamus de concessione seu institutione, quæ in illis fit.

Instituere generale nomen est, quod nihil aliud in genere, quam intraponere, significat: id est, ita tradere rem, vt ex ea concessione ad aliquem velimus eam pertinere. Vnde, & manauit frequens instituendi in testamentorum voluntatibus mentio. a Et in causa sacerdotiorum seu beneficiorum ecclesiasticorum, quinq; modis institutio usurpatur: primum generaliter; vt in hoc titulo pro collatione libera, quādo Episcopus pleni iure confert Ecclesiam, & intra Ecclesiam aliquem ponit, vt vel ipse eidem præsit, vel in eadem aliis inseruiat. b In qua acceptione dicimus, institutionem, & destitutionem personarum